


F-158

00-555815

~~70-2991~~
~~1-2-91~~



Este paquete de libros y cuadernos
nos se hizo de casa de D. Pico
León.



Por favor del libro y su
no se hace la copia de
este.

SYSTEMA BOTANICUM

LINNAEANO-ANOMALISTICUM

SIVE

DE ANOMALIIS PLANTARUM

QUAE

IN SYSTEMATE LINNAEANO OBSERVANTUR.

AUCTORE

VINCENTIO ALFONSO LORENTE

MED. DOCT. REGIOR. EXERCITIUM MEDICO IN VALENTINO

SCIENTIARUM LYCEO BOTANICES PROFES. REG.

ACADEM. BOTANICES MATRIT. ET CARTHAG.

IN REGNO VALENTINO SOCIO.

Ω'σπερ ἡ ἐρουσίβη ἴδιόν ἐστι τοῦ σίτυ νόσημα, ἕως φθόρου φιλίας ἐστὶ ἀρρώ-
στια Perianth.



VALENTIAE

IN TYPOGRAPHIA BENEDICTI MONFORT

ANNO MDCCXCIX.

217
LONDON

IN THE
YEAR 18...

...

...

...

...

...

THOMAE VILLANOVAE ET MUGNOSSIO,

MED. DOCT. OLIM HIPPOCRATICAE DISCIPLINAE, NUNC
CHEMIAE IN VALENTINO SCIENTIARUM LYCEO PROFES-
SORI, COLLEGII REGII MEDICINAE MATRITENSIS, TUM
ACADEMIARUM TAM MEDICAE QUAM BOTANICES IBIDEM,
ATQUE ETIAM BARCINONENSIS SOCIO VALENTINO, PHY-
SICES, MATHESEOS ATQUE UNIVERSAE PHILOSOPHIAE
PRAECEPTIS INSTRUCTISSIMO &C.

MAGISTRO SUO

SYSTEMA HOC BOTANICUM LINNAEANO-ANOMALISTICUM

CONSECRAT

VINCENTIUS ALFONSUS LORENTE.

THOMAS ALVA EDISON

THE UNITED STATES OF AMERICA
IN SENATE
JANUARY 29, 1879

REPORT
OF THE

COMMISSIONERS

OF THE PATENT OFFICE

FOR THE YEAR 1878

WASHINGTON

1879

PRINTED BY THE GOVERNMENT PRINTING OFFICE

UNDER THE SUPERVISION OF THE COMMISSIONERS

PROLOGUS.

Quum Plantarum Characteres ; quibus Cl. Linnaeus totum vegetabile naturae Regnum in classes , ordines , sectionesque alias distinguens , systema suum sexuale superstruxit , non sint omnibus aliquorum Generum speciebus communes , immo nec omnibus quarundam specierum individuis , quae tamen per eos ipsos ab aliis cognosci vel in suis locis quaeri vel collocari debent , non tam id quidem methodi artificialis indicium est , quam ejusdem quaedam exprobatio. Quapropter Dictator ipse ut huic defectui occurreret in posterioribus sui systematis editionibus , non paucas notare anomalias coactus fuit : cujus ego exemplo motus , quin et in meis excursionibus plus semel irretitus , in animum induxi hanc spartam pro viribus exornare , ut quam utilitatem ex a se assignatis ille concepit , eam ex plurimis aliis , quae exinde sunt cognitae , amplificarem. Hae autem tot sunt numero , ut speciem *systematis anomalistici* Linnaeano respondentis , in tironum praecipue gratiam conflaverim. ; Quis enim horum , ut rem exemplis illustrem , primum se in vulgatissima planta probare tentans , et veniens in aliquam *cannabim sativam* , quae forte , ut aliquando vidi , flores femineos et masculos , vel etiam hermaphroditos proferat , non illius in Monoecia , vel Polygamia potius nomen , quam in Dioecia classe quaerendum arbitretur ? ; Quis *Corchorum siliquosum* vernali tempore florentem in Polyandria perquiret , quum flores tum tetrandos solummodo exhibeat ? ; Quis *corchorum tridentem* , ut et *aestuantem* , qui flores edunt trigynos in ordine Polyandriae Monogynia ? ; Quis in *Alyssum spinosum* incidens , genus agnoscet quum stamina videat suis nudata denti-

culis? *Airam* vero aquaticam in locis natura siccis sua sponte nascentem, calycesque proinde ferentem quinquefloros; quis in bifloralium calycum Sectione Triandriae Digyniae, nec si multum optet inveniet? Verum omnia persequi longi ac prope infiniti operis esset.

Habitus plantarum, quin ad ipsas dignoscendas conferat nullus dubito, recteque Cl. Linnaeus mihi videtur, ut eum *occulte* taciteque consulamus, admonere; sed hoc subsidium, fatendum est enim, longum usum requirit, magistrosque potius quam tirones respicit, ne scilicet, ut ipse animadvertit, *genus erroneum levi de causa fingatur*. Immo addam ego, ipsum habitum aliquando fallere, non nos quod fallat ipse per se habitus, sed quod nosmetipsi fallamur proleterie consulentes, neque omnia quae ad similitudinem spectant memoria tenentes, quod tum fit maxime quum protypum, ut plerumque accidit, cui conferatur, prorsus est nullum. Itaque vix erit Botanicus qui *Ruiziam fragrantem*¹, primo conspectu non speciem esse iudicet *Lauri*, nec vero auctores desunt, qui jam eam ad hoc genus retulerunt; deceptos autem illos fuisse ob non rite perspectum habitum, vel ex eo statim jam patet, quod alterna careat foliatione (v. Adans. Fam. p. 433).

Itaque tirones, ut paulo ante dicebam, longo artis usu destituti parum auxilii ex plantarum habitu sibi possunt promittere; immo systema ipsum, quodcumque illud sit, semper videbitur idem hic habitus condemnare: optimum autem ex omnibus unum illud habendum, quod cuique satis erit ad genus cujuscumque datae plantae sine haesitatione aliqua determinandum, cui tamen perfectioni nullum accedit propius quam Linnaeanum, ne vero perfectum omnino habeamus, anomaliae faciunt.

¹ Est haec planta in Horto Puzolensi, quem ut suus cuique stet honos, Excell. D. D. Franciscus Fabian et Fuero Archiepiscopus Valentinus bono publico cujus fuit semper avidissimus construere jussit anno 1776.

Si ergo daretur opera ut hasce omnes, quae absdubio certis limitibus contineri debent, complecteremur, tum opere maxime optando, mea quidem sententia, poteremur, immo et necessario, quum summa methodi naturalis perfectio tam mihi speranda videatur, quam circuli quadratura.

His de causis jam pridem, ex quo scilicet, primi mei magistri monitu, Botanices me studio dedidi, ea mihi cura fuit, ut quotquot potui anomalias colligerem, et legendo, et observando et consulendo. Atque hoc loco quantum quibusdam Botanicis eximiis debeam, ut ingritudinis notam effugiam, praeterire non possum: fieri enim nequit, ut, dum vivam, obliviscar *Ortegam*, *Pourretium*, *Barnadem*, *Villanovam*, *Assum*, *Humboldtium*, *Ruizium*, *Pavonium*, *Bomplanum*, *Merzdorfium*, *Povedam*, ejusque lectissimam uxorem *D. Catharinam Pancratiam Maurandy optime de re Botanica meritam*, a *Flora tandem in Aulam suam receptam*, dignamque habitam ut *Planta Maurandya ex Maurandy nomine non perituro diceretur*, *Abatium*, *Echandiam*, *Boldonem*, *Paulum*, *Claudium Stephanumque Boute-lous* &c. Multum his debere me fateor, atque ut dixi, eorum nomina gratitudinis causa, etiam suavi quadam commemoratione, omissis tamen titulis, salvoque ordine, profero; proferetur etiam, si quis alius mecum quod in hac re invenerit communicet, atque ut velit, vehementissime precor.

Anomaliarum autem systematico botanicarum, si-ve recessuum a Characteribus in systemate quolibet consignatis, duae sunt differentiae: prima constantium, quae semper adsunt, ut anomalia tetrandica *Cardamines hirsutae*, cujus Genus ad classem Tetradynamiam pertinet; altera inconstantium, quae non sunt perpetuae, sed pro ratione climatis, soli, aliarumque externarum forte causarum mutantur, ut anomalia hexandrica et heptandrica in *Capsico annuo*, quae est classis

Pentandriae. Inter has vero aliae quidem frequentius observantur, aliae rarissime ut anomalia Polygama in *Zea-Mays* classis Monoeciae; quarum etsi multas hic notaverim, vereor ut comprehenderim omnes; quare ne quis tiro in aliquam hujusmodi incidens, nec tamen inveniens, haereat, regulam dabo, scilicet ut plures flores, et in diversis plantis, si copia detur, exploret, tuncque si unicam, aut raram saltem invenerit, pro nulla habeat. Scire quoque oportet numerum partium fructificationis aliquando una quarta parte augeri, vel quinta minui h. e. ex quaternario quinarium fieri, et contra: staminum numerum certam ut plurimum servare proportionem cum corollae, et calycis partibus: corollam saepe multiplicari, non ita calycem: plantas gramineas, umbelliferas, monoicas, et dioicas non raro polygamas, etsi in raris floribus reddi.

Sed et dictis anomaliarum differentiis aliam, vitut sit impropria, addam, scilicet apparientium, quas suis etiam locis intexere curavi: erunt forte qui me hoc nomine abuti dicent, fateor, sed ideo feci, quod hujusmodi apparientiae inexpertos minusque cautos possint fallere. Itaque eas interrogationis signo indicabo. Sic corolla jam matura in *Mirabili* potius videtur supera quam infera, ut re ipsa est, eo quod pars ipsius ima germen coarctans, ita huic adhaerens gracilescit, ut non appareat, nec queat separari. Similiter in *Passiflora* si ante maturitatem flos examini subjiciatur, stamina videntur ex ipso stylo prodire, ita ut non aliam ob causam Linnaeus ad classem Gynandriam retulerit; si tamen exsiccationi, quum est proximus exploretur, tum apparebit, ex ipso receptaculo in formam tubi producti, stylumque amplexantis oriri: unde absdubio factum est, ut Linnaeus longiusculus fuerit in classis definitione, et Cl. Cavanilles ad Monadelphiam potius pertinere crediderit.

Denique pro coronide monitos tirones volo, ut

5

quum aliquam plantam ope systematis sibi cognoscere proponant, quam maxime curent, se, priusquam ad illud recurrant, certissimos fieri de classe ad quam pertineat, ne frustra laborent, quo nihil miserius, ut saepe vidi aliquos, quibus hoc consilium non nisi cum maximo fructu dedi, ut nempe dum florem dissecant, tacite secum recitent et accommodent versiculos, quos cl. magister meus Villanova quondam composuit sub titulo *Chiragogiae botanicae*, et sunt sequentes, de quorum explicatione et apto usu Dissertationem specialem illis jam nunc polliceor.

*Ut recta Plantas methodo cognoscere possis,
Quaere an [1] conspicui sint Flores, [2] hermaphroditi,
[3] Stamina liberis, [4] nec cum brevitae duorum;
Tunc haec enumera, numerusque dabit tibi classem,
Sed magis attendas binis in casibus ortum,
Nam Calyci quae Icos-, basi Poly-andria jungit,
Sic tredecim Linnaei classes constituuntur;
Si qua tamen quatuor de conditionibus illis
Desit, tunc aliae subeunt ex ordine classes
Undeno numero: [1] una, et [2] tres, et [3] quinque,
[4] duaeque,
Completum ut maneat Systematis Alphabetum.*



MONANDRIA. MONOGYNIA.

Flores superi, monopetali, monospermi. Valeriana rubra, calcitrapa, scandens. (*Val. maxime omnium variat fructificatione: corolla regulari seu irregulari: stam. 1 - 2 - 3 - 4: dioica: fructu monospermo seu disperso, nudo, coronato, papposo &c.*)

Fl. subsuperi, polypetali. Aphyteja.

Fl. inferi, polypetali. Mangifera.

Fl. apetali. Cynomorium.

Spathacei. Musa. Chrysitrix.

DIGYNIA.

Mniarum.

Gramineae. Fl. multiflora, vagi. Festuca-Myuros vel Myurus.

TRIGYNIA.

Synzyganthera.

POLYGYNIA.

Empetrum nigrum.

DIANDRIA. MONOGYNIA.

Fl. inferi, monopetali, regulares. Limosella diandra.

Fl. inferi, monopetali, irregulares. Bignonia-Catalpa. Hemimeris sabulosa, montana. Bartsia-Gymnandra. (*Variat ratione climatis et soli, magnitudine et figura foliorum; uti etiam connatis et biserratis.*)

Fl. superi, monopetali. Boerhaavia erecta, hirsuta, diandra, scandens, Valeriana-Cornucopiae.

Fl. tetrapetali. Lepidium-Iberis. (Stamina sex in solo Aragoniae observavit cl. Asso: totidem in Helvetia numeravit Hallerus; ego sex etiam numero in Regno valen-

tino), bonariense. Vella-Pseudo-Cytisus. Lythrum-Thymifolia. Fraxinus.

Fl. pentapetali. Viola diandra.

Fl. hexapetali. Commelina vaginata, nudiflora.

Fl. incompleti. Salicornia herbacea, virginica. Boerhaavia erecta, hirsuta, diandra, scandens. Passerina-Gnidia, pilosa, prostrata. Lepidium ruderaie. Salix hermaphroditica. Fraxinus. Hippuris Dillen.

DIGYNIA.

Alchemilla tripartita, orbiculata, pinnata. Amaranthus polygamus. Corispermum. (Fl. superiores 1-andri, reliqui 2-3-4-5-andri sunt). Arundo epigejos, Calamagrostis, arenaria. Saccharum Koenigii, laguroides cl. Pourret. (Haec planta á Linnaeo vocata Lagurus cylindricus Syst. veg. curante Murray edit. 14. pag. mihi 123. a Cyrillo Imperata arundinacea Icon rar. fasc. 2. t. 11. a cl. Cavanilles Saccharum sisca Icones atque descriptiones Plantarum, quae in Hispania sponte crescunt, aut in hortis conservantur vol. 3. pag. 47. num. 319. tab. 292. Quum autem haec planta diandra sit perperam triandram descripsit et delineavit. Synonima Sacch. Koenigii a Willd. apposita. Sp. pl. Sacch. Thumbergii conveniunt, et haec planta est Sacch. laguroides Pourret). Holcus odoratus. Bufonia. Salvia cretica.

TRIGYNIA.

Bufonia.

TRIANDRIA. MONOGYNIA.

Fl. superi, completi. Boerhaavia erecta. Commelina. Galium trifidum. Asperula. Campanula lobelioides. (Tum-

que cal. et corol. trifida, et capsul. 2-locularis).

Fl. inferi, completi. Chionanthus. Nyctanthes - Sambac. Syringa. Ligustrum. Hirtella. Bontia. Lepidium virginicum.

Fl. superi, incompleti. Boerhaavia erecta! Thesium.

Fl. inferi, incompleti. Albuca. (Stamina Albucae viscosae omnia fertilia ex cl. Thunberg, an ad hanc classem amandari debet hoc genus?) Thesium. Witsenia.

Fl. Spathacei et Glumacei. Juncus bufonius Linn. et Juncus Halleri num. 1320. Narcisus triander. (Stamina sex constanter observavit cl. Asso). Cinna D. Dahl. (Genus forte delendum et aggregandum Agrostidi). Cenchrus. Manisuris. Spinifex.

DIGYNIA.

Corispermum. Bufonia. Koenigia. Ulmus.

Fl. Graminei. Glumae uniflorae, Fl. vagi seu soluti.

Arundo epigejos, calamagrostis, arenaria. Cinna. Avena sibirica. Dactylis glomerata, cynosuroides. Andropogon. Holcus. Aegilops. Manisuris.

Fl. Graminei, Gluma biflora. Fl. vagi seu soluti.

Avena elatior, stipiformis, pensylvanica, capensis, lutea. Cenchrus capitatus. Panicum patens, glaucum, viride, compositum, grossarium. Tripsacum hermaphroditum. Arundo. Aegilops. Ischaemum. Holcus lanatus, mollis, laxus, spicatus, pertusus, striatus, serratus. Andropogon nutans, barbatum.

Fl. Graminei, Gluma multiflora. Fl. vagi seu soluti.

Aira aquatica. (Si in locis siccis nascitur Schreb.). Melica coerulea. (Si in locis fertilibus). Aristida arundinacea. Dactylis ciliaris, lagopoides, capitata, glomerata. Aegilops. Holcus odoratus, latifolius, ha-

lepis. Andropogon-Gryllus, quadrivalve, prostratum, cymbarium. Tripsacum hermaphroditum.

TRIGYNIA.

Scirpus trigynus. Bufonia. Ilex. Tillaea muscosa. (Quaedam sunt Tilleae species quae quinque stamina gerunt unde merito Tilleae genus ad Crassulam amandandum venit). Ixia gladiata. Xylophylla. Amaranthus-Blitum.

TETRANDRIA. MONOGYNIA.

Fl. inferi, monopetali, irregulares, gymnospermi. Verbenae tetrandae. Salvia aegyptiaca.

Fl. inferi, monopetali, irregulares, angiospermi. Gratiola-Monnieria. Justicia pulcherrima.

Fl. inferi, monopetali, regulares. Chionanthus. Lycium tetrandrum. Sibthorpia europaea. Swertia corniculata, dichotoma. Gentianae quadrifidae. Cordia. Myrsine. Nicotiana. Stilbe.

Fl. superi, monospermi. Valeriana scandens, supina, sibirica. Portlandia 4-andra. Coffea occidentalis. Peplis 4-andra. Fuchsia.

Fl. superi, monospermi, monopetali, aggregati. Valeriana sibirica.

Fl. inferi, incompleti, aggregati. Protea. Dorstenia.

Fl. superi, monopetali, dicocci. Houstonia purpurea.

Fl. inferi, dipetali. Protea rosea, repens, cynaroides, lepidocarpodendron.

Fl. inferi, tripetali. Comocladia.

Fl. inferi, tetrapetali. Protea pinifolia, spicata, cucullata, strobilina, conifera, pallens, divaricata, purpurea. Cardamine impatiens, hirsuta. Evonymus europaeus, japonicus, verrucosus, atropurpureus, Cool-

pon. Hovenia. Rhizophora. Lepidium nudicaule, virginicum, alpinum, ruderale, -Iberis. Camphorosma paleacea. Crucita. Izquierdia.

Fl. spathacei. Pothos. Bulbocodium vernum. (*Haec planta est Colchicum montanum Linn. in Auctoribus confusa, reformata a cl. Pourret*).

Fl. inferi, pentapetali. Calodendrum.

Fl. inferi, incompleti. Corchorus siliquosus. (*Floribus vernalibus*). Ammania. Convalaria bifolia. Aphanes. (*Semen unicum*). Crucita. Thesium. Cardamine impatiens. Mimosa pudica. Parietaria. Brabejum.

Fl. superi, incompleti. Thesium alpinum, linophyllum, -Coolpon. Fuchsia. Valantia.

DIGYNIA.

Herniaria fruticosa, glabra. Gentiana. Swertia. Corispermum. Rhamnus aragonensis. Bosea. Camphorosma. (*Camphorosma acuta Linn. est etiam Polygnum arvense ejusdem auctoris*). Ulmus. Anthospermum.

TRIGYNIA.

Lechea major. Rhamnus aragonensis. Ilex. Viburnum-Lantana.

TETRAGYNIA.

Holosteum umbellatum. Linum catharticum, - Radiola. Elatine - Alsinastrum.

PENTAGYNIA.

Ruppia.

POLYGYNIA.

Myosurus.

PENTANDRIA. MONOGYNIA.

Fl. inferi, monopetali, dispermi. ASPERIFOLIAE.
Lithospermum dispernum.

Fl. inferi, monopetali. *Achras mammosa.* Centunculus. Schrebera. Prinos. Disandra. Crescentia. Chelone hirsuta. Pedalium. Crucianella maritima. Porana. Exacum cordatum. Ophioxylon. Antirrhinum-Linaria (alias *Pelotia*) Caballeria. Mimosa plena. Ipomoea sagittata. (*Ipomoea sagittata: foliis sagittatis, pedunculis 1-2 nis, 1-6 floris superne incrassatis, bracteis rubris, caducis.* Planta perennis lactescens, glabra. Caulis longissimus, volubilis, teres, ramosus. Folia alterna, sagittata, integerrima, venosa, petioliis longiora. Pedunculi axillares solitarii 1-2-3-4-5-6 flori, vel gemini 1-2 flori superne sensim incrassati, ad medium bibracteolati; bracteolae ovatae, acutae, rubrae, caducae. Calyx inferus, persistens, coriaceus, coloratus, profunde quinquepartitus; laciniis concavis, ovatis, acutis; duobus exterioribus minoribus, omnium limbus rubens. Corolla magna, intus coccinea, extus ex albo-rubens, limbo campanulato quinqueplicato, tubo sensim ampliato. Stamina filamenta quinque inaequalia, subulata, longitudine tubi; imae hujus parti affixa, basi villosa. Antherae albae sagittatae. Germen globosum; stylus subulatus, persistens. Stigma capitatum, bilobum. Capsula globosa, acuminata, bilocularis, quadri-valvis, valvulis ovatis, acutis, concavis. Dissepimentum ovatum, acutum; loculis dispersis. Semina quatuor, ovata, triquetra, angulis duobus externis lanuginosis. Floret aestate. Crescit in locis arenosis et humidis prope mare hujus Regni. Hanc novam speciem inveni anno 1790 juxta lacum Albufeira in tractu vulgo Saler, deinde copiose ditione maritima usque ad turrim vulgo del Mardá. Postea vero

cl. Cavanilles anno 1791 perperam descripsit et delineavit hanc meam speciem in vol. 11. pag. 4. num. 116. tab. 107. Iconum et Descriptionum plantarum, quae aut sponte in Hispania crescunt, aut in Hortis hospitantur¹.

Fl. superi, monopetali. Loranthus 5-andrus, Ioniceroides. Manettia racemosa. Mirabilis?

Fl. superi, monopetali, dicocci. STELLATAE. Rubia. Crucianella maritima.

Fl. superi, monopetali, monospermi. AGGREGATAE. Cephalanthus.

Fl. superi, dipetali. Heliconia-Bihai, psittacorum, hirsuta.

Fl. tripetali. Heliconia. Limonia trifoliata.

Fl. pentapetali, irregulares. Caesalpinia-Crista. Cassia pilosa, serpens, nictitans. Viola. Euphorbia antiquorum.

Fl. pentapetali, regulares. Ptelea. Achyranthes muri-

¹ Hanc plantam jam saeculo decimosexto observaverat celeb. Melchior de Villena, cui nomen dedit An Scamoneae altera species? sub nostris tamen temporibus eam inveniens et explorans Magister meus Villanova ad Ipomoeam retulit, dein ego ipsam anno 1790 descripsi, et sagittatam cognominavi, ejusque varia exempla cum descriptione, iconne, seminibusque ad Regiam Horti Botanici Matritensis Academiam misi. Sponte et copiose provenit inter dumeta prope lacum valentinum vulgo Albufera, sed praecipue ita antebac circum-tugurium quoddam in tractu Saler dicto, luxuriabat, ut fere totum tegumen cooperiens, laetum quasi nymphaeum habitaculum exhiberet, atque hic primum vidit, ut ipse ait cl. Cavanilles, anno 1791, unde etiam ego antea descriptionem sumpseram; at cum pedunculos multifloros, ut reapse sunt, contra notam specificam ab illo assignatam, uti prius dixeram, et postea in Epistola mea prima ad cl. Augustinum Joannem et Povedam repetissem, indictum fuit naturae bellum, factumque ut anno proxime elapso, facta circum-tugurium excavatione, penitus ex eo loco averruncaretur, ac si non ubicumque per totum illum tractum praedicta species in solo sibi proprio, hoc est udo et humo-sabuloso crescens, similiter fructificaret, nihilominus hac re commotus Tugurii ipsius fronti, torre pro stylo usus, Horatianum illud apposui:

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

cata, corymbosa. Illecebrum ficoideum. Euphorbia antiquorum. Schinus. Trianthea monogyna. Anabasis tamariscifolia, spinosissima. Acer. Axinaea purpurea. Fagara. Tribulus. Hedera 5-folia. (*Sem.* 4.). Frankenia. Cyrilla. (Germ. superum; an cor. 5-partita?). Ayenia. Gluta.

Fl. superi, pentapetali. Brunia radiata, glutinosa.

Fl. hexapetali. Anabasis spinosissima. Evonymus-Tobira Thunberg.

Fl. incompleti. Polygonum amphibium, virginianum, latifolium. Camphorosma. Ceratonia. Pharnaceum distichum. Laurus borbonia. Delima. Trianthea monogyna. Conocarpus erecta. Atriplex. Pisonia. Mimosa sensitiva. Gouania. Nyssa. Musa.

DIGYNIA.

Fl. monopetali. Cuscuta-Epithymum. (3-4 sperma). Pergularia. Nama jamaicensis.

Fl. pentapetali. Staphylea pinnata. Brunia nodiflora, paleacea.

Fl. incompleti. Rhamnus-Ziziphus. Trianthea 5-andra. Corispermum. Cannabis sativa. Celtis.

Fl. superi, pentapetali, dispermi. UMBELLATAE.

A. *Involucro universali, partialique.* Apium-Petroselinum, -Sium Rivin. -Ammi. Chaerophyllum bulbosum, temulum, -Cerefolium. (*Scandix Cerefolium* Linn.). Seseli bienne. (*Seseli annuum* Linn.), articulatum, -Falcaria? pratense. (Peucedanum-Silauus Linn.), Coriandrum-Cicuta offic. (Conium maculatum Linn.) Aethusa-Meum. Hermas. Arctopus.

B. *Involucris partialibus, universali nullo.* Bupleurum rotundifolium. Apium-Petroselinum. Oenanthe fistulo-

C



sa, crocata. Sison canadense. Sium nodiflorum. Angelica atropurpurea. Heracleum sibiricum, austriacum, protheiforme. Ferula. Athamanta condensata. Caulalis daucoides, leptophylla. Antriscus (*Tordylium-Antriscus Linn.*). Ligusticum-Mutellina, -Phellandrium. Selinum-Seguieri, -Imperatoria, sylvestre, palustre, carvifolium *Chabraei*. Carum-Carvi. (*Apium-Carvi offic. Crantz.*)

C. *Involucro universali, partiali nullo.* Apium-Carvi Crantz. (*Carum-Carvi Linn.*). Coriandrum testiculatum. Panax.

D. *Involucro nullo; nec universali, nec partialibus.* Selinum-Carvifolia, -Imperatoria, -Pastinaca Crantz. Ligusticum podagraria. Caulalis leptophylla.

TRIGYNIA.

Fl. incompleti. Salsola altissima, salsa, fruticosa, Polygonum ocreatum. Rhamnus-Paliurus, -Ziziphus. Chenopodium. Minuartia montana.

Fl. monopetali. Montia.

Fl. tripetali. Lechea. Claytonia --Portulacaria.

Fl. pentapetali. Schrebera. Ceanothus africanus. Panax. Aquilicia sambucina. Celastrus. Minuartia montana. Silene inaperta. Cerastium semidecandrum. Claytonia --Portulacaria. Arenaria rubra.

TETRAGYNIA.

Holosteum umbellatum. Linum. Crassula. Ilex.

PENTAGYNIA.

Cotyledon. Cerastium 5-andrum, semidecandrum. Sparganium 5-andra, arvensis. Gerania 5-andra. Arenaria.

Crassula spinosa, rubens. (Stamina variant). Sedum arboreum. Clusia. Carica-Papaya.

POLYGINIA.

Ranunculus hederaceus. Sibbaldia.

HEXANDRIA, MONOGYNIA.

Fl. Spathacei. Musa. Corypha. Licuala Thumb. Cocos. Nunnezharia. Martinezia. Chamaerops humilis? *Flos hermaphroditus.* SPATHA universalis monophylla, lanceolata, compressa, latere dehiscens. SPADIX ramosus (seu potius racemosus). PER. proprium minimum, tripartitum, acutum. COR. coriacea, tripartita: laciniis ovatis, acutis, erectis. NECTARIUM Annulus brevis, coriaceus, sexdentatus; denticulis subulatis. STAM. Filamenta nulla, nisi denticulos sex nectarii dicas: ANTHERAE sex, oblongo-lineares, apicibus nectarii interius adnatae, steriles. PISTILL. Germina 3-6 subrotunda. STYLI totidem distincti, breves, subulati, persistentes. STIGMATA acuta simplicia. PER. Drupae 3-6 globosae. SEMINA solitaria, globosa. Masculus flos in distincta planta. CAL. SPATHA, SPADIX, PERIANTHIUM, COROLLA, NECTARIUM, ut in hermaphrodito flore. STAM. Filam. nulla nisi denticulos nectarii velis: ANTHERAE sex, oblongo-lineares, apicibus nectarii interius adnatae, fertiles, biloculares, utrinque longitudinaliter dehiscentes. Obs. SPATHA axillaris, sesquipalmaris, apice incurva, marginibus lanata: lanugine alba sensim rufescente. SPADIX ramosus (seu potius racemosus), ramis alternis, multifloris: bracteae tres alternae, acutae; inferior vaginans, profunde bifida; reliquae gradatim breviores, amplexicaules. Flores hermaphroditi brevissime pedicellati.

masculi sessiles : omnes bracteolis subulatis suffulti ^r.

Fl. monopetali. Portlandia 6-andra. Cordia-Myxa. Eri-thalis. Psychotria cartaginensis Jacq. Hippocratea. Cap-sicum annuum. Solanum-Lycopersicum. Fumaria-Cu-cullaria.

Fl. tripetali. Rumex.

Fl. tetrapetali. Gleditsia seu Gleditschia.

Fl. pentapetali. Hirtella. Cassia glandulosa. Portulaca.

Fl. hexapetali. Lythrum-Parsonia, lineare, -Hyssopifo-lia. Evonimus-Tobira. Miconia pulverulenta.

Fl. incompleti. Polygonum-Hydropiper. Laurus-Sassafras. Bocconia frutescens. Pisonia. Tacca. Musa.

Fl. Glumacei. Gahnia.

DIGYNIA.

Velezia. Ulmus. Rumex digynus. (Cor. dipetala). Poly-gonum-Persicaria. Stapelia variegata. Coprosma. Chlo-ra imperfoliata.

TRIGYNIA.

Hydrolea spinosa. Anthericum calyculatum. Polygonum barbatum. Aponogeton monostachyon, distachyon. Me-nispermum canadense. Tacca. Veratrum.

TETRAGYNIA.

Scheuchzeria. Elatine-Hydropiper. (Cor. 3-petala).

PENTAGYNIA.

Scheuchzeria. Spargula arvensis. Sedum arboreum.

^r Quam tam PH¹ ENICIS quam CHAMAEROPIS characteres ge-nericos bene descriptos nusquam apud AA. viderim, quae tamen plantae in hac Provincia satis sunt communes, illas prout mihi saepe ex avro-¹phas patuit addo. His etiam adjunxi Ipomoeae sagittatae descriptio-nem, quae nova est sui generis species in nostro Regno et in europa.

HEXAGYNIA.

Scheuchzeria. Triglochin. Sempervivum. Stratiotes alismoides. Menispermum. Alisma.

HEPTANDRIA. MONOGYNIA.

Gerania africana. Psychotria. Prinos verticillaris. Dodeanea. Trianthema monogyna. Capsicum annuum. Solanum-Lycopersicum. Dracontium. Mimosa asperata. Miconia pulverulenta.

DIGYNIA.

Polygonum orientale. Agrimonia. Coprosma.

PENTAGYNIA.

Spergula arvensis, pentandra.

POLYGYNIA.

Myosurus.

OCTANDRIA. MONOGYNIA.

Fl. completi, monopetali. Dais 8-andra. Portulaca 4-fida, Andromeda-Daboecia. (Antea Erica-Daboecia. Andromeda-Daboecia et droseroides 8 stamina etiam gerunt, et omnino Ericae species sunt Thumb. Dahl. &c.). Santalum. Cordia-Myxa. Prinos. Disandra. Guettarda. Solanum-Lycopersicum. Erica umbellata (Antheras muticas dixit Linn. Mant. 2; aristatas vidit cl. Asso). Diospyros.

Fl. completi, tripetali. Elaeocarpus serratus.

Fl. completi, tetrapetali. Aesculus-Pavia. Jussiaea erecta, suffruticosa, inclinata. Melastoma 8-andra, discolor. Ammania 8-andra. Zygophyllum-Margsona. Sapindus chinensis. Rhizophora-Mangle. Ruta graveolens, chalapensis, linifolia. Agrimonia-Agrimonioides. Capparis-Breynia.

Fl. completi, pentapetali. Bursera. Cupania. Acer.

Fl. completi, octapetali. Monotropa hypopithys. Miconia pulverulenta.

Fl. incompleti. Rivina 8-andra, humilis. Bocconia. Polygonum virginianum, lapathifolium, amphibium. Samida nitida, spinosa. Pisonia. Mimosa asperata.

DIGYNIA.

Gentiana perfoliata. Chrysosplenium alternifolium. Hydrangea arborescens. Polygonum pensylvanicum.

TRIGYNIA.

Polygonum frutescens. Paris.

TETRAGYNIA.

Petiveria 8-andra. Myriophyllum verticillatum.

PENTAGYNIA.

Arenaria. Spondias. Ruta. Adoxa. Aspergula arvensis. Tetragnonia ivaefolia.

OCTAGYNIA.

Phitolaca 8-andra.

ENNEANDRIA. MONOGYNIA.

Gardenia Thumbergia, florida.

DIGYNIA.

Gentiana perfoliata.

PENTAGYNIA.

Sedum sexangulare.

DECANDRIA. MONOGYNIA.

Fl. monopetali. Vaccinium-Myrtillus, frondosum, corymbosum, stamineum. Sideroxylon decandrum. Gnidia daphnaefolia, capitata. Nerium-Oleander. Gardenia-Thumbergia, florida Solanum-Lycopersicum. Mimosa casta, virgata.

Fl. incompleti. Stelleria-Chamaejasmae. Trianthema. Mimosa-Entada, glauca. Terminalia. Gimbernata.

Fl. irregulares , polypetali. Cleome 12-andra , viscosa,
Pterocarpus?

Fl. regulares , polypetali. Gerania. Conocarpus racemosa ,
Lythrum fruticosum , melanium. Rhezia-Acisanthera. Mangifera pinnata. Malpigia nitida. Agrimonia.
Cistus aegyptiacus , lippii. Schinus. Frankenia-Combre-
tium. Grislea. Calophyllum. Mimosa scandens , pun-
ctata , natans. Castiglioni. Axinaea purpurea. Chal-
cas. (Vix a Murraya specie diversa).

DIGYNIA.

Agrimonia.

TRIGYNIA.

Lychnis 4-dentata. Pallasia. Drypis. Calligonum. Tama-
rix germanica.

TETRAGYNIA.

Lychnis 4-dentata , alpestris , alpina. Pallasia. Cucuba-
lus aegyptiacus. Deuzzia. Cotyledon.

PENTAGYNIA.

Coriaria. Adoxa. Drosera lusitanica. Gerania. Sedum sex-
angulare. Cucubalus. Silene.

DODECANDRIA. MONOCYNIA.

Cleome 12-andra , viscosa. Rivina 8-andra. Chironia.
Chlora 12-andra. Murraya. Samida pubescens , ser-
rulata. Agrimonia. Euphorbia. Trianthema. Solanum-
Lycopersicum. Acer.

DIGYNIA,

Trianthema 10-andra. Garidella-Nigellastrum.

TRIGYNIA.

Portulaca patens. Calligonum? Aponogeton. Euphorbia
serrata. (*Umbella universali trifida variat saepius ; ex
observ. cl. Asso*).

TETRAGYNIA.

Aponogeton. Pallasia. Reseda glauca, fruticulosa, alba, undata. Tormentilla erecta.

PENTAGYNIA.

Reseda purpurascens, undata, canescens. Sedum sexangulare. Tetragonia ivaefolia. (*Cor. 4-petala et apetala*). Kageneckia.

HEXAGYNIA.

Sedum dasyphyllum, reflexum. Reseda canescens. Alisma cordifolia. Stratiotes acoroides.

POLYGYNIA.

Sedum reflexum. (*Tot petala quot germina, et dupla stamina*). Myosurus. Alisma cordifolia. Thalictrum purpurascens, alpinum.

ICOSANDRIA. MONOGYNIA.

Crataegus-Oxyacantha. Cleome icosandra. Alstonia. Gustavia. Decumaria. Apactis. Melaleuca. Lagestroemia. Caryophyllus.

DIGYNIA.

Mespilus-Chamae-Mespilus Agrimonia.

TRIGYNIA.

Spirea opolifolia, -Aruncus. Crataegus-Oxyacantha. Mespilus-Cotoneaster. Reseda-Luteola.

TETRAGYNIA.

Philadelphus. Mesembrianthemum geniculiflorum, noctiflorum. Crataegus-Oxyacantha. Mespilus-Cotoneaster. Sesubium. Tetragonia. (*Fl. primarius addit quintam partem in omnibus partibus fructificationis*).

PENTAGYNIA.

Sorbus. Kageneckia.

HEXAGYNIA.

Mesembrianthemum barbatum.

OCTAGYNIA.

Mesembrianthemum calamiforme.

DECAGYNIA.

Mesembrianthemum pugioniforme , corniculatum , linguiforme. Phitolaca icosandra.

DODECAGYNIA.

Mesembrianthemum pomeridianum. Spiraea.

POLYANDRIA. MONOGYNIA.

Fl. monopetali. Mimosa-Inga , fagifolia , bigemina , -Unguiscati , tergemina , latifolia , arborea , vaga , farnesiana , nilotica , tortuosa , senegal.

Fl. tripetali. Thea.

Fl. tetrapetali. Plinia pedunculata , Elaeocarpus. Vallea. Thea.

Fl. pentapetali. Plinia pedunculata. Vallea. Cleome-Che-
lidonii. Grewia. Laetia completa. Delphinium-Conso-
lida-Ajaxis. Aconita. Thea. Argemone. Mimosa-Cate-
vel Catechu.

Fl. hexapetali. Plinia pedunculata. Thea.

Fl. heptapetali. Plinia pedunculata. Thea.

Fl. octapetali. Plinia pedunculata. Decumaria. Thea.

Fl. enneapetali. Thea.

Fl. decapetali. Decumaria.

Fl. incompleti. Isopyrum thalictroides. Apactis. Mimosa
asperata.

DIGYNIA.

Royena polyandra. Isopyrum thalictroides. Mimosa arbo-
rea. Calligonum. (v. Pallasia).

D



TRIGYNIA.

Corchorus tridens, aestuans. Thea. Chelidonium hybridum.
Isopyrum thalictroides. Reseda-Luteola.

TETRAGYNIA.

Elaeocarpus-Dicera.

PENTAGYNIA.

Aconitum-Anthora, variegatum, commarum, uncinatum.
Papaver cambricum. Caltha. Brathys. (Hyperici species est).

HEXAGYNIA.

Papaver cambricum. Nigella arvensis. Caltha. Ranunculus hederaceus.

HEPTAGYNIA.

Cimicifuga. Caltha. Nigella arvensis.

POLYGYNIA.

Phitolaca icosandra. Papaver orientale. Nigella hispanica, orientalis. Thalictrum tuberosum, cornuti. (Cor. 5-petala). Xylopia.

DIDYNAMIA. GYMNOSPERMIA.

Calyx 5-dentatus. Monarda didyma. Verbenae 4-andrae.
Lamium amplexicaule. (Cor. tubus longus).

ANCIOSPERMIA.

Calyx diphyllus. Lippia.

Calyx bifidus. Lippia. Pedicularis resupinata, laponica.

Calyx trifidus. Hebenstreitia ciliata.

Calyx quadrifidus. Lippia. Orobanche major. Ruellia antipoda.

Calyx quadripartitus. Vandellia.

Calyx quinquepartitus. Russelia.

Calyx quinquedentatus. Brunfelsia. Selago fasciculata.

Calyx quinquefidus. Lippia. Lantana africana. Craniolaria

(ad Martyniam refertur a Schreb).

Calyx 4-phyllus. Acanthus maderaspatensis. (*Cal. exterior 8-phyllus, interior 4-phyllus*).

Calyx 5-phyllus. Russelia.

Calyx 6-phyllus. Acanthus illicifolius.

TETRADYNAMIA. SILICULOSA.

Silicula integra, nec apice emarginata. Cochlearia. Anastatica syriaca. Clypeola maritima, tomentosa.

Calyx hians, foliolis superne distantibus. Bunias. Isatis. Crambe. (*Silicula decidua globosa, subbaccata monosperma non delihescens*).

Silicula emarginata apice. Alyssum spinosum. (Stamina edentula).

SILIKUOSA.

Calyx 2-phyllus. Hypecoum erectum.

Calyx clausus, foliolis longitudinaliter conniventibus. Sisybrium, monense. Brassica vesicaria. (*Juvenis hirsuta, adulta vero hirsutiem deponit. cl. Asso*).

MONADELPHIA. TRIANDRIA.

Ixia-Galaxia. Ferrara undulata. Sisyrinchium.

PENTANDRIA.

Bombax 5-andrum, pyramidale, -Erianthos. (*Bomb. pyramidale et -Ceiba cor. 1-petala*). Linum narbonense.

Lysimachia vulgaris. Lobelia bulbosa 1^a (*Cor. 5-petala regularis*), -Phyteuma, volubilis. Passiflora? Illecebrum.

HEXANDRIA.

Allium tataricum. Ornithogalum arabicum, capense. Cyanella lutea, capensis. Pistia.

HEPTANDRIA.

Gerania africana. Pistia.

OCTANDRIA.

Anacardium. Limonia monophylla. (*Cor. 4-petala*). Securidaca. Pistia.

ENNEANDRIA.

Abrus. Arachis. Borbonia. Anacardium.

DECANDRIA.

Anacardium. Tamarix germanica. Mullera.

DODECANDRIA.

Monsonia.

POLYANDRIA.

Mimosa-Inga. Lebeck, fagifolia, bigemina, tergemina, Unguiscati, arborea.

DIADELPHIA. ENNEANDRIA.

Arachis.

DECANDRIA.

Stamina omnia connexa. Medicago. Mullera.

Stamina in duo corpora connexa. -Erythrina herbacea, Cristagalli. Pterocarpus santalinus, -Ecastaphyllum. Nissolia. Bauhinia divaricata, et acuminata. (*Habent filamenta diadelpa, situ contrario quam in papilionaceis, Stamine solitario inferiorem locum occupante*). Piscidia. Ulex. Anthyllis 4-phylla, lotoides.

Stamina in duo corpora connexa; legumen biloculare. Glycine-Apios, frustescens.

POLYADELPHIA. ENNEANDRIA.

Dalbergia monetaria.

DECANDRIA.

Oxalis purpurea, Murraya.

DODECANDRIA.

Murraya.

ICOSANDRIA.

Loasa.

POLYANDRA.

Thea. Calophyllum.

SYNGENESIA. POLYGAMIA AEQUALIS.

Fl. tubulosi. Tanacetum.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

Fl. tubulosi. Serratula coronata. Tussilago alpina, hybrida (*pappus sessilis*), anandra (*pappus sessilis*, *pilosus*, et *fl. tubulosus et clausus si in locis frigidis*). Cotula (*fl. hermaph. 4-andri*).

Fl. radiati. Tussilago anandra (*fl. hians et radiatus si in locis calidis*). Bidens. Tetragonotheca. Vid. Polymnia. Cotula.

Fl. hermaph. 4 andri. Othona. Osmites.*Fl. Ligulati.* Anthemis -Cotula.

POLYGAMIA SEGREGATA.

Echinops strigosus (*Cal. comm. nullus*).

GYNANDRIA. MONANDRIA.

Hippuris.

DIANDRIA.

Bartsia gynandra. (*Ratione climatis et soli folia variant magnitudine et figura, et etiam connatis et biserratis*).

TETANDRIA.

Cleome fruticosa, Ophrys coralorhiza, Pothos. Trapa?

PENTANDRIA.

Lerchea. Aristolochia 5-andra, Helicteres 5-andra. Azalea.

HEXANDRIA.

Cleome 3-phylla, 5-phylla, 7-phylla.

OCTANDRIA.

Cleome juncea. Sapindus chinensis.

POLYANDRIA. (Stam. 9. vel plura).

Unona. Annona. Gylophia. Helicteres apetala, carthagi-
nensis. Crateva gynandra. Esterculia. Asarum. Stra-
tiotes.

MONOECIA. MONANDRIA.

Calitriche verna, autumnalis. (*Variat foliis omnibus li-
nearibus et ovalibus*). Calla. Zostera. Arum. Ambro-
sinia.

DIANDRIA.

Omphalea 2-andra.

TRIANDRIA.

Elate. Amaranthi varii. Eriocaulon decangularis. Apluda.

TETRANDRIA.

Eriocaulon. Protea (*forte abortu*). Hippophae. Ptelea tri-
folia. Parietaria judaica. Ruppia. Fagus sylvatica.

PENTANDRIA.

Diosma. Quercus. Rhamnus saxatilis, --Frangula, igua-
neus. Cannabis sativa, Pisonia. Arctopus.

HEXANDRIA.

Cocos. Rumex spinosus. Eriocaulon? Fagus sylvatica.
Pisonia.

OCTANDRIA.

Quercus. Fagus sylvatica. Pisonia.

ICOSANDRIA.

Rubus-Chamaemorus. Dalibarda?

POLYANDRIA.

Quasia-Simaruba. Mercurialis ambigua, afra. Hamameli virginica (*ex Carolina*). Areca. Caryota. Carludovica.

MONADELPHIA.

Xanthium. Liquidambar. Agyneja. Omphalea. Nipa.

DIADELPHIA.

Glycine monoica.

POLYADELPHIA.

Ricinus.

GYNANDRIA.

Arum triphyllum. Buxus. Cytinus-Hypocistis. (*Qui autem dicunt illi inesse stamina 16, non nisi duplo numero errant*).

DIOECIA. MONANDRIA.

Salix purpurea. Helix. Phyllachne.

TRIANDRIA.

Phyllanthus. Carex dioica. Valeriana dioica, celtica? Salix 3-andra, phyllificifolia.

TETRANDRIA.

Urticae variae. Ptelea trifoliata. Hamamelis virginica (*ex virginia*). Acer-Negundo (*Pist. 3-4; Fl. masculus apertalus*). Centella. Salix phyllificifolia. Rhamnus catharticus.

PENTANDRIA.

Phyllica dioica. Rhamnus catharticus, infectorius, alpinus. Salix 5-andra. Pimpinella dioica. Ribes alpinum. (In Suecia constantèr dioica). Rhus-Vernix, radicans, toxicodendron. Lonicera dioica. Acer-Negundo. (Pist. 3-4; Fl. masculus apetalus). Ptelea. Paederia. Montinia. Loranthus europaeus.

HEXANDRIA.

Rumex-Acetosa, -Acetosella, aculeatus, luxurians, bipinnatus, tuberosus, multifidus. Prinos verticillatus? Melanthium virginicum? Laurus aestivalis. Myrica cerifera. Rhodiola rosea. Menispermum canadense. Salix 5-andra. Asparagus declinatus. Morenia. Phoenix dactylifera. (Fl. masculus: SPATHA universalis monophylla, lanceolata, compressa, indeterminate dehiscens. SPADIX ramosus (seu potius paniculato-corymbosus). PERIC. proprium minimum, coloratum trifidum, acutum, persistens, coriaceum. COR. coriacea, persistens, tripartita; laciniis ovatis, acutis, concavis. STAM. Filam. ferè nulla; ANTH. sex, oblongo lineares, tetragonae. Fl. femineus: SPATHA. SPADIX. PERIANT. COR. ut in masculo flore. PISTIL. Germ. 3 subrotunda. STYL. totidem distincti, breves, subulati; STIG. acuta, simplicia. PERICARP. Drupae 1-3 oblongae; SEMIN. oblonga, sulcata, convexa. OBS. Spatha axillaris, colorata, tripedalis. Spadix ebracteatus tripedalis, anceps superius ramosus (seu potius paniculato-corymbosus), ramis ebracteatis, virgatis, confertis, flexuosis. Fl. sessilibus, numerosis, sparsis ebracteatis. Ex meis characteribus genericis Phoenicis et Chamaeropsis, sat patet non coniungenda esso genera.

HEPTANDRIA.

Salix 5-andra. Prinos verticillatus?

OCTANDRIA.

Laurus nobilis. Acer rubrum. Melicocca. Daphne dioica.
Schinus -Areira. Prinos verticillatus?

ENNEANDRIA.

Laurus. Rhodiola rosea.

DECANDRIA.

Lychnis dioica. Cucubalus-Otites. Guilandina dioica. Phitolaca dioica. Gypsophylla paniculata. Rhodiola rosea.
Bursera. Schinus -Areira.

DODECANDRIA.

Mercurialis. Rhodiola rosea. Populus. Schinus-Areira.

ICOSANDRIA.

Spiraea -Aruncus. Rubus-Chamaemorus. Hedicaria.

POLYANDRIA.

Cicas. Sanguinaria canadensis. Clematis dioica, virginiana.
Thalictrum dioicum. Stratiotes aloides. Cimicifuga.
Clusia. Zamia.

MONADELPHIA.

Gnetum. Dryandra.

E



SYNGENESIA.

Gnaphalium dioicum, plantagineum? alpinum? Bryonia dioica. Nepenthes.

GYNANDRIA.

Hydrocharis.

POLYGAMIA. MONOECIA.

Monandrae. Cynomorium. Aphyllachne. Empetrum nigrum. Corispermum.

Diandrae. Amaranthus polygamus. Lemna. Olea americana.

Triandrae. Ulmus. Avena elatior. Anthistiria. Melothria. Rottbollia corymbosa. Secale. Hordeum. Triticum. Panicum repens. Empetrum. Aira. Amaranthus - Blitum. Valeriana dioica. Spinifex. Zea-Mays.

Tetrandrae. Elaeagnus. Ulmus. Amamelis. Cleome polygama. Morus alba.

Pentandrae. Ligusticum. Rhus-Cotinus. Sanicula marilandica. Porana. Coprosma. Ambrosia. Parthenium. Diosma. Solanum sanctum. Rhamnus 5-phyllus. Cannabis sativa. Smyrnum-Olusatrum, integerrimum. Oenanthe. Ligusticum peloponense. Heracleum. Conium. Daucus-Carota. Caucalis-Daucoides. Tordylium--Anthriscus. Hasselquistia. Ulmus.

Hexandrae. Martinezia. Coprosma. Ulmus. Duroia. Rumex alpinus. Laurus-Sassafras. (*Mares 5-petali 8-andri; hermaphroditi 6-andri*). Asparagus declinatus. Glebitsia.

Heptandrae. Coprosma. Guetarda.

Octandrae. Guetarda.

Decandrae. Calophyllum. Coriaria. Guilandina-Moringa.
(*Moringa* genus novum efformat). Silene-Saxifraga.

Dodecandrae. Euphorbia. Iriarteia.

Polyandrae. Mammea. Royena polyandra. Trewia, Clusia.
Calophyllum.

Monadelpxae. Plukenetia.

Diadelphae. Arachis hypogaea.

DIOECIA.

Monandrae. Phyllachne.

Triandrae. Empetrum. Osyris alba. Spinifex.

Tetrandrae. Illex-Aquifolium, var.

Pentandrae. Leea. Rhamnus-Alaternus, catharticus. Pimpinella dioica. Celastrus scandens.

Hexandrae. Hypoxis aquatica. Laurus-Sassafras. (*Mares*
5-petali 8-andri; hermaphroditi 6-andri). Martinezia.
Nunnezharia. Bursera.

Octandrae. Margaritaria. Laurus-Sassafras. Rhodiola. (*Plantis*
femineis in Syst. veg. p. 889. edit. 14. curante
Murray. petala denegantur, licet quatuor obscura adsint).

Decandrae. Coriaria. Cucubalus-Behen, -Otites. Lychnis
dioica. Epigaea.

Dodecandrae. Menispermum. Garcinia.

Polyandrae. Mammea. Clematis virginiana. Stratiotes aloides.
Phytelephas.

Monadelpxae. Anacardium.

TRIOECIA.

Clusia.